

Q. H. 351, 14.

Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM ACADEMICAM

X 187 6673

De

II i  
1400

ABSURDO  
METEMYXΩΣΕΩΣ  
DOGMATE,

Quam

Inclutæ Facultatis Philosophicæ

Indultu

PRIMAM  
PRO LOCO

in illâ aliquando  
impetrando,

Ad d. XV. Jul. A. M. DC. LXXXV.

H. L. Q. C.  
P. P.

M. HENRICUS Jenksch /  
Zittaviâ-Lufatus.

LIPSIÆ, TYPIS GÖZIANIS



116  
G. 47.



quod est,

MAGNIFICIS VIRIS

*Summè Reverendis, Magnificis, Prænobilissimis, Consultissimis, Amplis-  
simis, Excellentissimisq;*

**DN. D. VALENTINO ALBERTI,**

Prof. Pub. Consistorii Electoralis & Ducalis Saxonici Assessori,  
Academiæ Decem-Viro, Collegii B. M. Virg. h. t. Præposito, ejus-  
demq; ut & Nationis Polon. Seniori, Alumnorumq; Ele-  
ctoral. Ephoro benè merentissimo,

Lumini Ecclesiæ nostræ Lutheranæ, atqve  
Columini maximo.

**DN. D. BARTHOL. LEONHARDO  
SCHWENDENDÖRFFERO,**

Cod. Prof. Publ. Canonico Martisburgensi, Curiaæ Supremæ  
& Facultatis Juridicæ Assessori, nec non Academiæ  
Decem-Viro Gravisimo,

JCtorum nostri temporis Aquilæ ac Principi  
celebratissimo.

**DN. JOHAN. JACOBO ab HARTIG,**

Hæreditario in Alt-Hörnitz/ quin & Prætori apud Inclytos  
Zittavienses longè Spectatissimo,

Deo Tutelari amantissimæ Patriæ Felicissimo.

*Dnm. Patronis, Præceptoris ac Hospiti, Promotoribus ac Evergetis suis omni ob-  
servantiæ cultu, quod est filiali, ob innumera beneficia, ad tumbam  
usque devenerandis,*

Specimen hoc Academicum, in perpetuam gratæ mentis memoriam,

D. D. D.

*humillimus tantorum Nominum Cultor ac Admirator*

**M. HENRICUS Jenzsch.**

LIBRARY  
UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT  
MAGDEBURG

# PRÆFAMEN.



*E* Anima nostra humane, quum à corpore divulsa est, receptaculo, non unam Veterum opinionem haberi certum est. Vid. Lipsii Phys. Stoic. L. III. Dissert. XIV. Et negari non potest, quod ipse Magnif. Dn. D. Mœbius in Program. invit. ad Orat. Parent. B. Dn. D. Rappolti, septem aliquando earum opinionum summò studio collectarum, communicaverit nobis. Quas inter cum non incelebris ea, de μετεμψύχως, quippe, quæ Animæ separata πρὸς constituit aliud corpus, in quod transit, illudq; animat: non abs re facturi sumus, si quædam impræsentiarum, de eâ prolixius differamus. Quæ tamē ita proponemus, ut in ejus non tam originem & propagationem & c. quàm nefandas & execrabiles potius ABSURDITATES, inquiramus. Quibus refutandis operam nostram sic impendemus, ut pervulgatum hoc, multisq; solenne Μετεμψύχως Dogma, debitis non saltim firmisq; rationibus destruat, sed & Adversariis, quoad ejus fieri potest, prolatis ad exceptiones breviter respondeatur. Quod si verò nonnulla, lectu fortè minus digna, in manus L. B. quæ nonnisi elaborata tractare solent, veniant, veniam ipsum daturum nobis, pro eâ, quâ humanitate pollet, handquæquam dubitamus. Quemadmodum nec DEUM in præsentibus hoc conamine nostrò, aliâ mente nobis affulsurum esse, constanter persuasum habemus: Quâ de causâ etiam vox & suspirium nostrum:

*Faxit sancta Trias, Pater & cum Flamine Natus,  
Ut labor hic noster sit benedictus Amen!*

§. I.  
**Q**uibus præmissis, sub auspiciis statim hujus Dissertationis nostræ, Quidnam μετεμψύχως apud nos sit? quærimus; imitantes in hōc negotiō Socratem ap. Platonem, qui acturus de Lege, Minoem ex abrupto, interrogabat, Quidnam Lex apud nos est? vid. Comp. J. N. æviternum colendi Patroni ac Hospitis N. benignissimi Dn. D. Alberti P. I. c. I. §. I. Nam nisi prius de genuinō vocabulorum sensu constet quodantenus, nonnisi Andabatarum more, oculis lumine privatis, rem ipsam attingere ausi fuerimus. Quod itaque ne fiat, prædictam modò materiam, ali-

quanto penitus ex ipsiſionibus erudere, & nonnulla quoque de nomine prælibare animum induximus. Quæ tantò minus ingrata fore ſperamus, quò magis ſingula, quæ Lectori B. tædium excitare vel nauſeam apta, concisò orationis ambitu complecti operam dabimus.

§. II. Μετεμψύχωσιſ verò vi nativæ ſignificationis ſuæ, juxta B. Thomafium N. Orat. XX. p. 477. latinè nihil aliud, quàm Transanimationem, aut vocabulis duobus, Transmigrationē animarũ denotat, conf. Voſſium de Idol. L. I. c. X. p. 38. Lipſ. Phyſ. Stoic. L. III. Diſſ. XII. p. 325. Symbola Beroaldi Pythag. F. C. Quâ verſione tamen nõ ad ſenſum aliquem moralem reſpectus habetur. Nos enim μετεμψύχωſιν in ſenſu non improprio, quem Poëtæ, & cum his alii, ſed proprio, quem Philoſophi tradunt, ſumimus. Unde ſtatim patet, quod ad præſentem locum, mirabiles illæ Poëtarum Metamorphoſes Ciceroni, in Orat. pro Archiâ, & Natal. Comico L. VI. Mytholog. c. VI. p. 575. in Diſput. de variis Transmut. Subſtant. Generibus, ſub venerando Præceptore noſtro Dn. D. Alberti habitâ, memorabiles, itemq; mutationes illæ animarum, Plutarcho, aliisq; Gentilibus ſolennes, vid. Voſſ. p. 471. huc referendæ non veniant, vid. Voëtium P. I. Diſſ. ſel. II. p. 941. 942. Siquidem hæc ratione animæ non ſaltim in aliud corpus non transmigrant, ſed quoad ipſam eſſentiam etiam, aliam, eamq; planè novam naturam induunt, ex quò conſtat, quod veræ μετεμψύχωſεωſ nomen, eò ſenſu, prout ab Autoribus capitur, vindicare ſibi haud queant. Quem in modum nec illam, Gentilibus olim celebratam tranſmutationē, quâ ſuas animas inſpirari aliis & amatoriò oſculò καταγλώττιſμα dictò, in aliud corpus tranſfundi crediderunt, hic applicandum putamus. Nos enim in hæc Diſſertatione noſtrâ μετεμψύχωſιν ſeu animæ translationem, nullam intendimus aliam, quàm quæ poſt hominis obitum ex unò corpore in aliud, & quidem ſine mutatione ipſius eſſentiæ ſuſcipi dicitur, illam nimirum opinionem, quâ verbis Lactantii, L. VII. div. inſtit. c. XII. p. 484. cum notis Thyſii, ſtatuitur, migrare animas de corporibus vetuſtate ac morte conſectis, & inſinuare ſe novis ac recens natis, & eaſdem ſemper renaſci modò in homine, modò in pecude, modò in beſtiâ, modò in volucre, (modò in plantâ, quod addere liceat) & hæc ratione immortales eſſe, quod

*quod a saepe variorum ac insipientium corporum uoluntate committitur.*  
 Cujus figmenti apud Autores varia Synonyma traduntur. Et  
 quidem de resurrectione carnis ( quod ex Vosfio notamus *L. III.*  
*c. XLI. p. 471.*) Tertullianus eam, Animæ recidivatum, Alii μετὰ βα-  
 σιν εἰς ἕτερον σῶμα, Alii μεταχρισμὸν τῶν ψυχῶν appellitant. Quæ  
 modò loqvendi metaphoricò, ejusmodi animarum transfusio-  
 nem indicant, quâ animæ in aliud corpus, velut aqua, vel alius  
 quis liquor, in vas aliud, infundi quasi solent. Quibus non incom-  
 modè jungi quoq; μετενομοπῶσις potest. Quæ communiter in  
 præsentî materiâ locum quidem aliàs inter homonyma sibi vindi-  
 cat, perq; unius corporis in aliud transmutationem explicatur; à  
 celeberrimo tamen Vosfiò aliisq; rectè etiam pro synonymo ha-  
 betur. Siquidem significatus iste, prout Svicerus in suò Lexicò  
 ostendit, fundamentum quoq; in Patribus Græcis obtinet. Quos  
 proinde consulendos putamus. Quod enim cæterùm illud Ebræ-  
 orum ממשנ למהל seu Revolutionem animarum concernit, quæ,  
 teste Buxtorffio, Rabbinis idem ac μετεψυχῶσις est, nullâ pror-  
 fus obscuritate laborat. Nam Hebræos statuere, animas ex uno  
 homine in alium, ex homine in bestias, avem etiam transmigra-  
 re, ex R. Bechai Buxtorffius deducit. Quâ de re quidem Philippus  
 Aquinas in suò Lexicò scribit: *Ego non possum ferre, ut ista credantur,*  
*juxta sensum literalem. Nam qui ea dixit, non ascendit sic in cogitationem*  
*ejus: Verùm allegorica sunt hæc, ad terrendum peccatorem, vel ad demul-*  
*cendum corda &c. Sic didici à Præceptoribus meis.* Sed opinionem hanc  
 falsam atq; absurdam à multisq; passim instar dogmatis cujusdã  
 verissimi, probatam ac propugnatam esse, ostendi inferiùs debet.

§. III. Nunc ne Absurdum nobis fortè videatur, quod deno-  
 minationis hujus capax non est, nonnulla quoque præmittere li-  
 bet, quæ ad declarandam vocis residuæ, ABSURDI scilicet natu-  
 ram faciunt. Hoc verò plerisq; idem ac absolum, inconueniens,  
 & à re alienum, Græcis ἀλογον, item ἀτοπον esse, quis in dubium  
 vocat? quemadmodum in philosophicis VERUM audit, ubi com-  
 ponenda componuntur, dividenda verò dividuntur, adeoq; res,  
 ac in se est, concipitur, conformitasq; intellectûs cum ipsa re de-  
 prehenditur; Ita FALSUM è contra vel Absurdum audit, quò di-  
 videnda componuntur, componenda verò dividuntur, locòq; cõ-  
 formi-



τῆ τελευταίῃ σωαποθήσκειν τοῖς σώμασι, καὶ σωαφείρεται, statuat.  
Quod Christianos olim Arabes fecisse, (ex Hist. Eccl. Eusebii L. VI.  
c. XXXVII.) Excellentiss. Patronus ac Præceptor noster Dn. L. Rechenber-  
gius probat, (vid. Athenagor. ejus noviter hic Lipsiæ excusum ac Notis il-  
lustratum p. 135. n. III.) & Papa Johannes XXIII. (vid. Tom. IV. Con-  
cil. in Concilio Constantiensi Sess. IX. f. 294.) vel ut alii, XXIV. vid. Ca-  
rianæ Summ. Concil. p. 621. Exemplum parallelum exhibet; Interim  
tamen negari non potest, quod actualem animæ immortalitatem,  
plures hodiè argumentis purè Philosophicis, indemonstrabilem,  
quàm quidè demonstrabilem existiment. Ita Scherzerus: Quod ani-  
ma, inquit, actu non moriatur, non habet ex naturâ suâ, (nulla enim crea-  
tura ex naturâ suâ indefectibilis est) sed ex voluntate Dei conservantis.  
E. ex gratiâ conservatrice, non ex naturâ perennatrice, quod indubitato  
ex solâ Scripturâ patet. vid. Brev. Eustach. Q. CCXXXIII. p. 469. con-  
fer. Syst. Theol. L. V. §. V. p. 115. L. XXIII. §. 11. p. 619. Colleg. Anti-Socin.  
Disp. CXL. Edit. N. p. 1139. B. Gerhard. de Morte, §. CXLVII. p. 246. Hül-  
sem. Prælect. Form. Concord. Artic. XX. S. 1. p. 960. Prælect. ad Brev. c.  
III. p. 1148. &c. Quod si itaque hanc hypothesin assumas, quem-  
admodum non profus de nihilo esse videtur, tantum certè ab-  
est, ut actualem animæ separatæ transitum, certo cuidam πῦ de-  
terminatum, concipere liceat, ut potius subjecto non compre-  
hensò, nec affectiones comprehendantur. Quod ita clarum,  
ut probatione non indigeat. At esto tamen, nos cum Jac. Martini  
Exerc. Metaph. L. II. Exerc. II. th. VIII. p. 562. Kenelmò Digbæo Anglo  
& Excell. nostro Dn. D. Alberti, in Compend. J. N. P. II. c. II. p. 61. Pneu-  
mat. c. III. de Animâ, Discurs. Metaphys. in Tab. IX. B. Stablii, animæ  
immortalitatem, lumine naturæ demonstrabilem esse, largiamur;  
Non tamen inde solatium aliquod firmum ad Adversarios red-  
undat, quò vel de suâ, vel aliarum animarum transmigracione  
certi esse queant. Siquidem à determinatâ notitiâ alicujus rei  
quod existat, non statim determinare licet, ubi existat, nisi ad-  
missò absurdorum unò, concedere plura velimus, vel cum Plato-  
ne etiam statuere, animas voluptatibus corporum contaminatas,  
humi circa sepulchra vagari, illasque spectra esse, quæ nonnun-  
quam conspicienda se exhibeant. vid. Gerb. l. c. p. 278. vel cum  
in signi

in *ingni* Novatore *D. Heinricho Moro in tract. de animâ vid. Disc. Dn. D. Alberti ad Comp. 7. N. l. c.* eas in aëre tanquam elementô homogeneô consistere. Quæ deliria singula ex cerebellô humanô profluxerunt. Nisi enim vel ratione vel revelatione, vel experienciâ quid stipatum, de ejus omninô certitudine dubitari potest. Pari modô ac de reliquis etiam Gentilium *ψυχολογείσις* seu animarum receptaculis sentiendum est. Quæ tam obscura singula, ut ad earum cognitionem ne sapientissimus quidem viribus nativis indubitato provehi queat. Unde etiam ipse Seneca, quò hinc iturus sit, quæq; sedes expectet animam solutam legibus servitutis humanæ? teste *Lipfio Physiol. Stoic. L. III. p. 329. Diss. XIX.* aliquando discere desideravit. Quin *Ælius Hadrianus, vid. Spartian. in Hadr. §. XIV.* postquam mox ferrô, mox venenô se vitâ privare voluisset, tandem, *Animula vagula, blandula, hospes comesq; corporis, quæ nunc abibis in loca?* moribundus interrogavit? Cur itaque felicitatem, vel potius miseriam, animæ humanæ secundum captum humanum nostrum metiamur, illiq; perfectiones assignemus, de quibus tamen nullam prorsus certitudinem habemus? Animæ aliquid attribuere, quod tamen ex ejus naturâ necessario non fluit, factum à temeritate non immune. Ex qua causa etiam hujus generis commenta jure meritoq; profligandas æstimamus.

§. VI. Neque asserto nostro aliquid officit, quod mens à corpore avulsa in statu incompletô, & ut *B. Dn. D. Scherzerus* loquitur, prænaturali vivit, adeoq; perpetuum conjunctionis cum corpore desiderium retinet. Quod quidem ambabus manibus largiri facile possumus; At inde tamen non sequitur, quòd propensione suâ non solitariè ad suum, sed etiam ad corpus aliud feratur, licet nihil absurdi sit, ut una eademq; anima diversas materias, unius ejusdemque corporis, quod componunt, actuet; Id tamen in diversis fieri posse, vel maximè adhuc dubium videtur. Quid enim formæ determinatæ, cum materiâ non determinatâ, eidem numero cum numerô diversâ commercii intercedit? *vid. Calov. Syst. Theol. T. XII. A. III. Q. III. §. III. p. 133. Aristot. l. I. de Anima c. III.* ubi in corpore tanquam materiâ, certæ dispositiones, certæq; organizationes non reperiuntur, per quas vaga ejus potentia coercetur, quasi, ibi nec certa ac definita forma subsistere dici potest, nisi ex diversis, diversorum compositorum partibus unam compingi

B speciem

speciem venis, quod *abjuratum* est. Proinde cum in brutorum corporibus, nihil minus, quam hæc dispositionum & organizationis identitas conspiciendam sese exhibeat, minimè vanitatis alicujus argui poterimus, si animam hominis à corpore separatam BRUTORUM (α) CORPORA ingredi non posse asseruerimus. Pro quâ stabiliendâ sententiâ, argumentum cum *Slevogto* tale necimus: *Quæcunq; corpora non sunt ita disposita naturaliter, ut possint recipere animam humanam, nec ejusmodi habent organa, quibus possint exerceri operationes humane, illa etiam naturaliter non possunt animâ humanâ informari. At qui corpora brutorum &c. E. naturaliter non possunt animâ humanâ informari.* Majorem rei certitudo ac evidentia, Minorem verò applausus Eruditorum comprobatur. Nec alia sanè causa est, quòd ad recipiendam animam rationalem Philosopho musca, prorsus inepta dicatur, *L. I. de Anima, c. III.* quàm, quod habitudine, informando corpori debita, non instructa est. Quò certè passu anima ad corpus relata, non aliter ac ars respectu instrumentorum se habet; Nam ut quælibet ars instrumenta quælibet non admittere dici potest, nisi butyro secari lignum, domum ædificari tibiâ posse persuasum habeas; Ita nec anima quævis, cuius corpori regendo ac sustinendo præstans est. *vid. Slevogti Diss. de Metempsych. Pharis. §. XXX.* Quod ita clarum, ut palpari quæsi manibus queat.

§. VII. Equidem id non negamus, quod divinum numen, vi absolutæ suæ omnipotentia efficere possit, ut anima v.g. iracundorum in serpentes, avarorum in lupos, impurorū in fues trans-eant. Quemadmodum ita nonnulli apud *Aug. Steuch. Eugubinum L. IX. de perenn. Philosoph. c. XXIIIX.* alibiq; Cabbalistæ statuerunt. Quâ de re *Elias Levita in Tischbi p. 47. ex versione P. Fagii: Sic quoq; dixerunt, inquit, Cabbalistæ scilicet, quòd animæ hominum prævaricatorum migrent in corpora animalium, uniuscujusq; (animam) secundum id, quod peccavit. Exempli gratiâ: Qui rem habuit cum masculo, anima ejus, inquit, migrat in leporem, quod is scilicet in coitu modò marem, modò fœmellam agit: Qui verò rem habet cum alterius uxore, anima ejus in camelum migrat. Hinc est, (inquit) quod David dicit: Cantabo Domino Domino, Ki Gamal Halai, h. e. Cantabo tibi, & confitebor tibi, quòd abstulisti peccatum meum & liberaisti animam meam de Camelo. vid. Conc. Funebr. Magnif. Dn. D. Carpzovii, Præceptoris nostri longè fidelis-*  
*simi,*



*simi, Tom. I. p. 984. & 985.* Cum enim aliquando infinitæ spiritua-  
lium infernalium copiarum, permittente Deo, in tot Suum Gergefe-  
norum corpora se infundere potuerint, nihil profectò obstabit,  
quò minus idem etiam, hâc facultate instructi, præstare nostri  
possint. Enimverò quod cursu naturali id expectandum habea-  
mus, hoc est, quod omninò absurdum judicamus. *vid. B. Thomasi  
Orat. XX. p. 477.* Sicut enim unius rei, nonnisi unica tantummodò  
forma, ita etiam unius formæ unicum tantum subjectum sive  
corpus esse credimus. Nec ab ullo, modò fungos ac pepones pro  
cerebro non habeat, citra contradictionem capi potest, quâ anima  
rationalis cum corpore bruti, unum per se constituere, eidemq;  
motum largiri valeat? Nam fingamus unam eandemq; numerò  
animam hominis & bruti esse, quid inde sequetur, quàm quòd a-  
nima bruti non minus ac nostra sit immortalis dicenda? Et si bru-  
to tribuimus animam, actum intelligendi quoque iis largiamur  
necesse est. Quem effectum, cum animæ naturalis operatio sit,  
non rectè prius sustuleris, donec ipsam animam quoq; sublatam  
dixeris. Quid verò hòc commentò absurdius? Objicis impedi-  
mentum, quòd scilicet effectus denominatus impetrari ideò non  
queat, quia anima nunc in corpore non hominis, sed bruti deti-  
neatur. At cum inde tamen anima non desinat esse anima, nec  
ad operandum à materiâ determinetur, sed potius ipsam deter-  
minet ipsa, facile patet, quantâ, hoc effugium, imbecillitate labo-  
ret. Ut enim forma sit subjecto unita, nec illi effectum formalem  
communicet, impossibile prorsus est. Proinde etiam in brutis a-  
nimâ rationali suppositâ negari rationalitas non potest. Qui ab-  
surdus error à spiritu haud dubiè maligno profluxit. *Nam per Phi-  
sophos Gentilium hoc semper egit Diabolus, (inquit Chrysof. Hom. IV. in  
Act. Apost. apud Thomaf. in Phys. p. 190.) ut ostenderet nostrum genus, ni-  
hil à brutis differre, quando nonnulli in opinionem tam absurdam venè-  
runt, ut animalia rationis expertia dixerint, rationalia esse, & animas  
nostras in muscas, aves & animalia bruta transmigrare. Quod sanè nihil  
aliud est, quàm more Sociorum Epicuri hominem in despicabilem bru-  
torum conditionem deprimere, & vice versâ bruta in statum nobilitatis  
humane elevare. Quodsi enim ratio brutis inest, (addit B. Thomaf.  
alibi p. 184.) anima quoque ipsorum soluto corpore immortalis e-  
rit, consequenter & æternæ beatitudinis vel damnationis capax.*

Quæ si admittantur plura insuper absurda sequi manifestabunt  
Theologi.

§. VIII. Quemadmodum verò hæc evolvere, nostri institu-  
ti non est, ita nunc saltem ea adhuc adjiciemus, quæ & clariora &  
propinqua magis videntur. Ex hoc autem fundamento liberta-  
tem macerandi comedendiq; bruta profligari posse, quàm firmis-  
simè pro vero habemus. Cum enim aliàs eorum cædes & esus per  
naturam suam non sit illicitus, quod ex Pufendorffio patet, *vid. J.  
N. & G. L. IV. c. III. §. IV. p. 450.* hæc ratione in summum certè pia-  
culum convertitur, quia violamus, quod æquali nobiscum jure,  
æqualiq; dignitate imaginis gaudet, quod utiq; injurium appel-  
landum, idq; vel hanc ob causam, quia præterea certi esse non pos-  
sumus, quin in animas quoq; Parentum vel Cognatorum debac-  
chemur, adeoq; sceleratum quendam impetum committamus.

Quò respectu Ovidius canit:

*Ergone pietas sit victa cupidine ventris,  
Parcite vaticinor cognatas cade nefandâ  
Exturbare animas.*

*Age jam si quis Philosophus affirmet, ut ait Laberius apud Gerhard. l. c.  
p. 268. de sententiâ Pythagoræ hominem fieri ex mulô, colubrum ex mulie-  
re, & in eam opinionem omnia argumenta eloqvii distorserit, nonne con-  
sensum movebit, & fidem infiget, etiam ab animalibus abstinendi? confer  
Tertull. in Apolog. & C. XLVIII. in Job. Rosin. Antiq. Roman. Paralip. ad  
L. IX. p. 1524. c. Ita omninò! unde etiam Seneca ad Lucilium ep. 108.  
Pythagoras, inquit, omnium inter omnia cognationem esse dicebat, & ali-  
orum commercium in alias atq; alias formas transeuntium. Nulla (si illi  
credas) anima interit, nec cessat quidem, nisi tempore exiguo, dum in a-  
liud corpus transfunditur & c. Interim sceleris hominibus ac parricidis  
metum fecit, cum possint in parentis animam inscii incurrere, & ferrò  
morsuve violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur, pag. 635.  
confer Plutarchum Orat. 2. de Esu Carn. fol. 997. Quam absur-  
ditatem delineatam pluribus daremus, si obscuritate labora-  
ret. At enim verò, cum de his, quæ modò diximus, dubitare fa-  
cilè nemo queat, non immeritò brevitati nos mancipamus. *vid.  
elegantiss. Diss. de Abstinentiâ Carnium, 1668. sub Moderamine hodierni  
nostri Rectoris Magnif. Dn. L. Hesbusii habitam. Quæ quia in eo est  
tota, ut dogmati de Transmigratione animarum hanc superstru-*  
Etam*

etiam esse demonstrat, non inveniatur  
est suppletura.

§. IX. Cæterum adhuc unicum restat, quod adductis  
hisce argumentis jungere placet, : *Quicquid hominum à bru-  
tis distinctionem tollit, id ipsum citra absurditatem probari non potest.*  
*Atqui Μετεμψύχως & admissa migratio animarum humanarum in  
corpora brutorum, hominum à brutis distinctionem &c. E.* Major ita  
clara ac evidens, ut nisi larvæ ac intemperiæ agitent aliquem, ho-  
minem & bruta in unam speciem compingi posse, non existimet.  
Minor verò inde patet, quod anima rationalis, forma hominis  
specifica est, quâ distinctus ab aliis animalibus fisti, ab eâq; deno-  
minari soleat. Quemadmodum enim bruta ab irrationali habent,  
quod irrationalia; ita homines vice versâ ab anima rationali,  
quod audiant rationalia. Quam proinde brutis tribuere non li-  
cuerit, positò præsertim, sed non concessò Ebræorū & Pythagori-  
corum, de corpore, quod nihil nisi *σχεῦ* & salutandū, deq; animò,  
quòd totum hominem absolvat, placitò. *vid. Hug. Grot. ad Lib. Sap.  
VIII. v. 29. & Magnif. Dn. D. Carpzovii Tom. I. Conc. Fun. p. 405.* Nam  
ex hac causa homo & brutum sanè idem erunt, quia utrumq; eâ-  
dem animâ instructum, nec amplius different, quia nota discre-  
tiva è medio sublata. Quâ de opinione non scitè minus quàm re-  
ctè stylo Lactantii dicitur, quòd deliri hominis ridicula, & mimò  
dignior, quàm schola (*vid. L. VII. de divin. Prem. c. XII.*) sit appel-  
landa.

§. X. Cùm verò in omnibus corporibus humanis eadem,  
dispositiones ac organizationes esse videantur, dicere fortè quis  
possit, quòd licet animæ humanæ migratio in corpus aliud, idq;  
bruti, sit impossibilis, nihil tamen obstare, quò minus ( $\beta$ ) in aliud  
corpus, idq; hominis fieri queat. Quod profectò sic satis probabile vi-  
detur, si præsertim formæ externæ judicio acquiescere nonumquã  
liceat; Ast quando ipsam rei veritatem aliquantò penitius inve-  
stigamus, omninò longè rectius *δοκεῖ*, s. videtur, si cum Aristot.  
*ἐκαστον σῶμα, ἴδιον ἔχειν εἶδος & μορφὴν* persuasum habeamus. Sive  
diversæ illæ dispositiones ac organizationes à formâ corporeita-  
tis, ceu *Scotus L. IV. Sent. dist. II. q. III. s.* à diversa virtute formatrice  
feminis & uteri, ceu *Mendoza statuit Diss. Phys. IV. sect. III. n. 19.* oriri  
dicantur. Diversitas tamen illa jam satis est, quò minus hæc in in-  
dividuo

divitio anima in corpus aliud, idq; a suo diversum subintrare  
valeat. Qv̄i enim anima & corpus unum per se constituent, ubi  
corpus ad animam recipiendam ab agente, non idoneis acciden-  
tibus præparatum? Res absurda! sive corpus animatum sive in-  
animatum spectes. Si hoc, concedendum erit, qv̄od à parentibus  
homo non perfectus, adeoq; brutis (cum sine anima producat)   
infelicioꝝ generetur; quemadmodum è contra si eligam illud,  
non negandum erit, qv̄od in uno corpore humano plures formæ  
informantes inveniantur. Qv̄od verò ipsis etiam Adversariis non  
placet. Cur ergò nobis arrideat, qv̄od ex ratione prorsus corrupta  
dimanavit? An verò Deus tam pauper atq; indigens, ut non uni-  
cuiq; corpori propriam donare animam, sicut & proprium chara-  
cterem possit? *vid. Irenæus L. II. c. LXII. apud Gerbard. l. c. p. 267.*  
Qv̄id si aliquando existat nulla, qv̄æ domicilium suum pristinum  
deseruisse? qv̄id postea de tot in utero materno delitentibus fœ-  
tibus sperandum, nisi qv̄od ob defectum animæ iterum sint in  
nihilum redigendi, ut taceam, qv̄od nec hâc ratione quisquam fi-  
lius suæ matris, nec parens suorum liberorum dici mereatur, qv̄ia  
non generatur simile, qv̄od absqve anima generatur.

§. XI. Cur igitur Porphyrius omnem absurditatem abesse  
putabat, si animas hominum post mortem revolvi ad corpora so-  
lorum hominum statueret? inq; hoc à Præceptore suo Platone dis-  
sentiret, qv̄i *Augustino teste L. X. de Civit. D. ad Marcell. c. XXX. p. 621.*  
revolutionem etiam ad corpora bestiarum propugnabat: An,  
qv̄od pudebat, scilicet illud credere, ne mater fortassè filium in  
mulam revoluta veçtaret? Cur verò non puduit hoc credere, ne  
revoluta mater in puellâ, filio forsitan nuberet? vel ut Abr. Roge-  
rius explicat, daß die Seele der Mutter in ein junges Mägdlein fahre/  
und sie von ihrem eigenen Sohn erkannt werde. *Im Indianisch. Heid.*  
*P. II. c. XXI. p. 447. & Augustin. l. c.* Equidem apud Indos ex Sectâ  
Pasendâ Bramines nonnulli sese offerunt, quorum sententia cum  
Chrysippo talis: Daß diejenigen / welche das Beschaffen ihrer Müt-  
ter / Töchter und Schwestern übel gethan zu seyn erachteten / sehr un-  
weißlich daran thäten / *apud Roger. l. c.* At enim verò quis nostrum  
tam effrenati ac præcipitis furoris est, ut absurdo huic omnium  
absurdissimo calculum adjicere suum non dubitet? Eleganter  
certè *Socrates apud Xenophontem L. IV. memorab. Hæc lex, inquit, in*  
*natura*

tibus jungantur. Unde etiam tritissimum verissimumq; (juxta Excell. Dn. D. Alberti in Comp. J. N. P. II. c. X. p. 175.) paradoxum Durandi habet: Si Adam & Eva viverent, non haberent in posteris suis, quibus jungerentur. Quod copiosius ex Levit. XII. v. 7. 8. 9. illustrare possemus, nisi Soli, dum sudum est, maximèq; caletur, in meridie faculam accendere supervacuum duceremus. Quocirca audiamus, quid Irenæus tandem: Brevibus ille complexurus multa, Animarum, inquit, è corpore in corpus transmigratio evertitur ex eo, quod nihil omninò eorum, quæ antea fuerint, meminerint. Si enim ob hoc emittebantur, uti in omni erunt operatione, oportebit eas meminisse eorum, quæ antea facta sunt &c. L. II. c. LVIII. p. 161. apud Gerhard. l. c. p. 268. quemadmodum de animabus separatis in π̄s damnatorū vel beatorum constitutis constat, quod rerum præteritarum utiq; memoriam in animo suo renouent; Jam verò hujus rei vestigium vel indicium ne quidem minimum est penes nostras: Quis ergò tales, quarum virtus in aliis corporibus se jam exeruit, advolasse suo non dubitaverit? Fucarandono, der gelehrteste Bonzier / weil er meynte / daß die Seelen aus einem Leibe in den andern führen / wolte zwar mit P. Xavier schon vor 1500. Jahren Kauffmannschafft getrieben haben / sagende / daß / welche ein gut Gedächtniß hätten / sich des vergangenen wohl erinnern könnten / was ihre Vorfahren / in derer Körper die Seele zuvor gewohnet / gethan hätten / wes Standes sie gewesen. v. E. Francisc. Sitten. Sp. f. 49. Sed quis opinionem hanc, utpote hypothesei nondum probatæ superstructam, non ridiculum potius corrupti cerebelli fabulamentū, quàm infallibile rei demonstratæ documentum appellitet? Vanum hoc & impossibile prorsus: Vanum, quia necesse non est, veteres animas in nova corpora inducere, cum idem artifex, qui primas aliquando fecit, semper novas possit facere; Impossibile, quia rectæ rationis anima, tam immutare naturam statūs sui non potest, quàm ignis, aut deorsum niti, aut in transversum fulminis modò flammam suam fundere. vid. Lactant. L. III. c. XVIII. apud Vosium de Idololatriâ L. III. c. XLI. p. 471. Quod idem etiam (γ) respectu fruticum, arborum, herbarumq; notetur: Quodsi enim anima hæc mea, ne quidem in aliud corpus bruti, vel hominis, quod majus est, ingredi pot-

Etabitur. Quæ res ita certa, ut probatione non indigeat.

§. XII. Attamen non defunt Antagonistæ nobis: Ex antiquioribus Gentilibus Pythagoras cum suis asseclis, (vid. Laërt. in Vit. Phil. L. VIII. Gerhard. p. 264. B. Dn. D. Rappoltum, & Patronum nostrum honoratis. Dn. L. Fellerum Comment. super Horat. p. 1205. & c.) Plato, vid. Augustin. l. c. & qui primùm nominandi erant Ægyptii apud Herodot. in Enterpe de Absurdo nostro, quod est μελεμψυχώσις, tam frigidè & perperam fenserunt, ut, quæ ab ipsis malignè passim dicta sunt, aliorum blanda oratio purgare non possit. Hæc causa etiam fuit, quòd ab esu carniùm rerumq; animatarum tantoperè abstinerint. Quâ de re Anonymus quidam ita: 'Οι πυθαγόρειοι, inquit, τῶν ἐμψύχων ἀπέχοντο, τὴν μελεμψυχώσιν ἀφρόνως, ὡς ἀληθῆ ὑπολαμβάνοντες (in vita Pythagoræ) vel ut Lactantius exponit, Pythagoras, ut vetaret homines animalibus vesci, dixit, animas de corporibus in aliorum animalium corpora commeare, quod & vanum & impossibile est, conf. Ovid. XV. Met. Nec adeò veritati congruit, quod Sabellicus L. V. Ennead. 2 scribit: Pythagoricum dogma de Abstinentiâ à carnibus ex eò ortum esse, quod Anania, Misaël & Asaria repudiatis omnium animantium carnibus, legumina oleraq; esitare aliquando perseveraverint. Contrarium hujus eximia Disputatio de Abstinentiâ Carnium sub Magnif. Dn. L. Hesbusio habita jam diu probatum dedit. Ex quâ, aliisque Virorum doctissimorum Scriptis constat, quod nec hodiè opinio de μελεμψυχώσις sepulta prorsus, atque sedibus Gentilium expulsa sit. De populis in Indiâ Orientali Bramines dictis Rogerius sequentia: Der Bramines Stamm isset nichts / das jemahls gelebt / sondern enthålt sich von allen den jenigen / in welchen jemahls ein lebendiger Athem gewest. In der Bramines Zustapffen treten auch die Weinsjaes / also daß es fast das Ansehen hat / als ob des Pythagoras Lehre unter diese fern abgelegene Völcker wäre gebracht worden. Den eben dieselbige Ursach / welche den Pythagoras bewogen / das Fleischessen zu verbieten / hat auch der Bramin Padmanaba vorgebracht &c. vel ut alibi Joh. Albrecht à Mandelslo refert: Sie nemlich (die Bramines) glauben mit andern das Umbwandern der Seelen / sonderlich daß sie in der Vögel Körper gehen / und wenn es die Seelen von ihren Freunden sind / geben sie durch ihr Fliegen und Schreyen Anzeigung

gung/ und Warnung etwas zu thun/ oder zu lassen/ daher sie viel auff die Vögel halten. *vid. Itiner. Orient. l. I. c. XXXIX. alibiq; l. III. f. 195.* addit: Sie folgen alle des Pythagoras Lehre/ und essen nichts was Leben gehabt/ ja auch nicht rothe Rüben/ oder ander Gewächse/ das roth ist/ und dem Blut ähnlich siehet/ die es aber aus Zulassung ihrer solten essen/ seyn dem andern ein Greuel/ (prout hujus rei testem omni exceptione majorem denuò *Dn. L. Heshufium habemus loc. cit. §. XXXII.*)

§. XIII. Quid verò mirum, cùm ab hoc errore, vel potius delirio, nec ipse populus Dei abhorruerit? Sanè de Pharisæis *Josephus L. II. de Bell. Jud. c. VIII. p. 642. Vossius Theol. G. L. I. c. X. Scultetus L. II. Exerc. Evang. c. XXIV. & Slevogt. Diss. Acad. XXXV. pag. 830. seqq. de CABBALISTIS Buxtorffius Lex. Talmud. f. 32. & in Synag. Jud. c. V. p. 156. Dn. D. Carpzov. in Animadv. ad Jus Reg. Schickardi cap. I. theor. III. p. 50. & Excellent. Dn. D. Pfeifferus in Quinquag. Locor. Ebraic. & Exot. N. T. L. IV. §. III. p. 9. Dubiis vexatis annexâ, Patroni ac Præceptores nostri æstumatisfimi, Hoornb. L. VIII. c. III. de Conv. Jud. l. c. & modò laudatus Slevogtius, tam clara testimonia prodiderunt, ut in hoc facinore ad sceleris patrocinia, neque cum Maldonato & Camerone pro Pharisæis, neq; pro Cabbalisticis cum aliis, causam satis justam prætexere liceat. An verò origines ita desipuerit, prout *Cælio Rhodigino L. IX. c. XXI. lect. antiq. aliisq;* videtur, dubitari adhuc potest. Interim quod Manichæos cum Carpocratitis, Gnosticos ac Marcionitas concernit, comentum eis hoc non displicuisse, certum est. De singulis notatu digna apud *Epiphani. Tom. II. L. I. Hæres. XXVII. T. III. L. III. Hæres. XLII. T. II. L. II. Hæres. LXVI. Theodoret. Histor. Ecclesiast. L. I. c. XVII. Augustin. L. de hæres. c. XLVI. & Olympiod. in C. III. Eccles. pag. 625. apud Svicorum in Lexico p. 1588. quæ B. Gerhardus c. l. in compendio concinnavit. Attamen hæc ita comparata, ut exiguam aut planè nullam vim veritati thesæos nostræ inferant. Licet cum Arnolde aus seinen auserlesenen Zugaben *ad Roger. p. 564. c. 23. p. 828. 829.* huc etiam Chinenses, cum Pufendorffio Benjanos referamus *ex J. N. & G. L. IV. c. III. §. IV. p. 450.* Cum enim ipsis hæc saltim sumere, non verò probare libeat, adeoq; homines non disputantes, sed nugantes imitentur, tantum abest, ut in ipsorum sententiam concedere nos pietas jubeat, ut potius, quod**

C

sim-

simpliciter ab iis affirmari solet, simpliciter quoque nos negandum atque pernegandum ducamus.

§. XIV. Quæ in gratiam eorum objici vides, ficulnea prorsus atque gerris ficulis vaniora sunt. Novi equidem Rabbinorum non paucos, suam animarum transmigrationem, ne videlicet erroris alicujus damnentur, ipsâ sacrarum literarum autoritate, obfirmare, hancque in rem Benedictionem Mosis Deut. XXXIII, 6. contentam, in apricum proferre, ex quâ Ruben non rediturum in corpus aliquod, ut moriatur amplius, deducere conantur; Verum enim verò porismate hoc nihil excogitari stultius nec ineptius posse, jam dudum venerandi Patres nostri Theologi ostenderunt. Ex quibus cum habeamus, quod locus allegatus (1.) non de animâ separatâ, sed totâ suppositô, (2.) non categoricè, sed optativè loquatur, eum omninò tanquam ἀπεροδινύσας adductum hîc sequestrandum putamus. Nam quod inde nihil solidi adversus nos excipi queat, optimi non solum Judæorum Interpretes, sed ipsi quoque Talmudici sunt subodorati, quorum vestigia apud *Slevogtum* legantur p. 909. &c.

§. XV. Porro autem mireris, quod nonnulli robur sibi prætereâ ex Metamorphosi Nebucadnezaris prostare existiment. De quâ Regius Propheta Dan. IV. v. 30. quidem sequentia: *Ex hominibus abjectus est, & fœnum, herbam, ut bos comedit, & rore cæli corpus ejus infectum, conspersum est, donec capilli ejus in similitudinem aquilarum crescerent & ungues ejus quasi avium, alibiq;: Cum feris pars ejus in herbâ terræ, & cor ejus ab humano commutetur, v. 12. 13. & paulò post: In ipsò tempore sensus meus reversus est ad me, & ad honorem regni mei decoremq; perveni & figura mea reversa est ad me; sed tamen nihil minus quàm μελεμψύχου hîc intendi, vel probari, certum est. Tametsi enim Forma Regis pristina ob squalorem & sordes, quibus replebatur, obque pilas nimium crassas, & ungues undiq; immensas, quoad tempus fuerit immutata, accidentaliter scilicet; minimè tamen quoad essentialia, h. e. quod anima à corpore divulsa, illudque egressa, vel in aliam prorsus substantiam sit conversa, vel in aliud corpus bruti transierit, illudque animaverit. Hoc equidem inficias ire haud possumus, quod ad tempus Nebucadnezar castra furiarum incoluerit, ac rationis ἄνευ desti-*



destitutus fuerit ; At inde tamen non sequitur , eum similiter ,  
omni rationis κῆνος privatam fuisse. Quod ex ipsis textus visce-  
ribus Theologi deducunt. *vid. Gerhard. loc. cit. p. 156.* Imò licet  
etiam animam Nebucadnezaris, ex justâ DEI vindictâ, in corpus  
bestiale , tanquàm ad carcerem deturbatam fuisse ponamus ; ni-  
hil tamen hinc fuit aliud , quàm quòd absolutâ saltim DEI po-  
tentiâ. transitus ejusmodi animarum non impossibilis sit ;  
quod nunquam à nobis in ullam controversiam est vocatum .  
Adeoqve nisi Adversarii de possibilitate naturali nos certiores  
reddant, palmam, quoad hoc, in illis omninò difficilem esse judi-  
camus, non obstante exceptione, quæ ex *Malach. IV, 5.* ubi Johan-  
nes Baptista, Propheta Elias audit , porrò depromi solet. Nam,  
licet Angelus conceptionem ejus annuncians , in *Spiritu & Vir-  
tute* Eliæ venturum eum pronunciaverit *Luc. I, 7.* Quia tamen  
Eliam in aliquibus saltim Johannes exprimere debebat, voculam  
Spiritus non essentialiter pro ipsâ animâ , sed accidentaliter tan-  
tùm pro donis Spiritus hîc capi, manifestum est , quàm in rem  
accuratissimè videri *B. Gerhardi* potest *l. c. p. 270.*

§. XVI. *Dicis :* Nihilominus , referente Gelliô , Pythagoræ  
anima in fœminam pulchrâ facie meretricem, Alce dictam trans-  
iit , cujus rei testis in Dialogo , cui nomen Gallus est, Lucianus  
habetur. *R.* Id equidem ita refertur, sed non probatur, imò Mi-  
cyllus ibidem à Luciano introductus , tanquàm novum & inso-  
lens transformationis genus hoc miratur. Unde ex hoc funda-  
mento, quia nullum, *σάρκοφάγια* non interdicenda. *Inquis :* Unus  
tamen est spiritus, qui instar animæ totû mundum pervadit, nos-  
qve brutis unit, E. non interficienda sunt. *Resp.* Præsuppositum  
hoc Pythagoræ, cui Bramines etiam adstipulantur, (*v. Roger. P. II.  
c. VII. p. 305. Voss. de Idol. L. III. c. XLI. Olear. in præf. Mandelsl. Itin.  
Persici apud Excellent. Dn. L. Heshus. Diss. c. §. 43.* (α) prius proban-  
dum, deindè si probari potest, ex hoc fundamento (β) quoque  
reliqua ciborum genera, utpote eodem spiritu gaudentia, non  
comedenda , nec in succum & sanguinem nostrum convertenda  
erunt. Quod verò nec ipsi DEO , *vid. Gen. IX. v. 3.* nec rationi  
nostræ sanæ ad palatum erit. Unde clausulæ locò cum Justino ex-  
clamamus : *Quid ergò est magis ridiculum, quàm μελεμψύχου, cum*




24  
11  
1400

substiterè nequeat, fide complecti & decreto firmare, quâ fit, ut qui olim  
Athenis docuerit Philosophus, Plato, postea formicæ laborem pertulerit?  
in Confut. Græcar. quest. p. 163. DEUS, optimus Naturæ Domi-  
nus, faxit, ut veritatem ubiqve seqvamus, certa, solida & utilia,  
amemus, venemur, amplectamur, omnesqve præstigias, frau-  
des & imposturas fugiamus, falsa & inania odio habeamus, erro-  
res corrigamus, tollamus, execremur. Sic Trinuni Numini  
erit Laus, Honor atqve Gloria in sempiterna  
secula.

---

### COROLLARIA.

1. Origenes ex parte fuit Stoicus.
2. Animæ non creantur, sed traducun-  
tur.
3. Hyperbolicæ locutiones non sunt,  
mendacia.
4. Ens rationis non cadit in bruta.
5. Deum esse trinunum naturaliter pro-  
bari non potest.
6. Omnis ablatio rei alienæ invito Do-  
mino mala.
7. Ens de DEO & Creaturis non prædi-  
catur univocè.
8. Studium Poëticum est utilissimum.



VOT

Summ

DN.  
Prof. P  
Acad

DN.

Cod.

JO


DN.

Hæ

D

Dnn. Pa

Speci



*, Consultissimis, Amplis-*

**ALBERTI,**

alis Saxonici Assessori,  
g. h. t. Præposito, ejus-  
lumnorumq; Ele-  
isfimo,

neranae, atqve

**CONHARDO**

**FFERO,**

ensi, Curiaē Supremæ  
non Academiaē

no,  
vilæ ac Principi

ab **HARTIG,**

rætori apud Inclytos  
isfimo,

riae Felicissimo.

us ac Evergetis suis omni ob-  
beneficia, ad tumbam

gratae mentis memoriam,

or ac Admirator

**HENRICUS Jenzsch.**

